



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Regula Sancti Patris Benedicti**

**Benedikt <Montecassino, Abt, Heiliger>**

**Moguntiae, 1604**

VII. De acceptandis Monialibus.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-64533](#)

128 *Pro directione Monialium.*

sumi possit, nisi per quadriennium in gratia vacauerit. Nulla quoque Monialis imminat succedere possit alteri sorori carnali in iustimodi electione.

8. Statuimus insuper ad tollendam perpetuatem, Abbatissam quando vacare congitur, immediatè in Priorissam eligi non posset à dicto Prioratu, & ab aliis officiis eius biennio vacet.

9. Deputatarum vero & clariarum officialium electio non nisi de Visitatorum consensu & quæ officiales sive Superiores sint, non nisi per biennium perseverare possit.

10. Visitatores autem ipsos hortamur, ut Prælatis conferant, & cum eius consilium mutare super huncmodi disponant.

11. Non possit Abbatissa, sub pena suspensionis ab officio suo Capellatum reiecum licentiatum ultra recipere: nisi de licentiæ Patriæ Præsidentis, cui soli spectat ipsius dispensatio.

12. In Monasteriis Monialium ponantur claves portis earum: ita ut porta seu ostium aperiri non possit, nisi socia assistente.

*De acceptandis Monialibus.*

**C A P . VII.**

**I**N accipiendo puellis tum ad habitandum ad Professionem, illa omnino in executione mandanda, quæ Tridentina Syn-

dus prescripsit. Inter quæ id præcipue aduentum, quod Professio fieri non potest aut debet ante sextum decimum annum expletum: ad quam nulla admittenda, quæ minori tempore quam per annum in probatione steterit.

2. Nulla autem possit in Capitulo proponi, nisi de consensu Prælati & Visitatorum, si præsentes fuerint: aliter omnia pro infectis habeantur. Si qua autem reiecta fuerit, non possit proponi amplius, nisi maior pars Capituli præsente Prælato consenserit. Quo facto possit denudo proponi, attingendo quod si quæ Moniales non facient actu in Capitulo, ram in his quam in cæteris omnibus actibus capitularibus, in quibus vox requiritur, non possint vocem suam alteri committere, nec etiâ ipsi Abbatissæ: sed Visitatores sive Prælatus sic absentium, ob infirmitatem vota requiranturque penitus vota per calculos aut fabas & non per voces.

3. Quando autem vestiendæ erunt puellæ habitu S. Religionis, ad euitandum tumultum & conseruandam illarum deuotionem, ipse pro sumendo habitu nouitiatus vespere introducantur Monasterium: & in manœscetè induantur habitu Sanctæ Religionis in interiori Ecclesia: & in hoc stat absque sæculi pompa, nisi in aliquibus locis alia esset consuetudo.

4. Caveatur autem, ne multiplicentur Nouitiae ultra numerum qui vel ex redditibus

130 De acceptandis Monialibus.

propriis Monasteriorum, vel ex consuetudine  
leemosynis cōmodē possit sustentari: vnde  
creuit Sacra Tridentina Synodus. Necesse  
moysynæ pro receptione Novitarum ap-  
petat, ab Abbatissis absque interuentu suorum  
Prælatorum & Monasterii Deputatorum  
pendantur.

5. Aduertatur præterea, ne ante Professionem  
excepto vietu de vestitu, Nouitia illius tem-  
poris quo in probatione est, quocunque per  
textu, à parentibus vel propinquis aut cura-  
torib. eius Monasterio aliquid ex bonis ead-  
em tribuatur: ne hac occasione discedet  
nequeat, quod tam, vel maiorem partem  
substantia lux Monasterium possideat, ne  
facile si discesserit id recuperare posset: Quo-  
potius præcipit S: ncta Synodus, sub analo-  
matis pena, dantibus & recipientibus ne  
villo modo fiat.

6. Moniales Congregationi nostræ subdita  
nullam amodò in Monialem suscipiantur,  
christinatam: ne tali occasione cogantur in-  
troducere Episcopos, & aperire Monasteria  
secularibus.

7. Nulla etiam mulier cuiuscunque con-  
ditionis vel ætatis existat, pro quaunque ca-  
reponi possit in Monasteriis: nisi feruatis  
dinationibus Illustrissimæ Congregationis  
& Diplomatibus Pontificis, obtentæq; lice-  
tia Patris P. æsidentis, aut Capituli Gen-  
esi s: excepta tamen causa urgentissima, vide-  
tur tempore belli, & huiusmodi.